


Disputatio, Qva Oraculum Jesaianum Cap. IX, 1. A Matthæo Cap. IV, 15. Ex Codice Hebræo Sensu Literali Allegatum

Lipsiæ: Literis Immanuelis Titii, [1708?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861904095>

Druck Freier  Zugang





49. el. 4.

44.

Fa-1092 (44)

16. Jac. Schmalzius de vxore Moysi Aethiopsa ad Num. 21. 1. Lips 1679.
17. Matth. Hellerus de Hebraeorum vestibus fimbriatis ad Num. 21. v. 37. 44. Tubing. 1701.
18. Jo. Christo. Ortlobius de morte Aaronis ad Num. 21. 29. xxxiii. 30. 39. Feuteron. x. 6. Lips 1704.
19. Jo. Trisehmius de Propeta Moysi parte. ad Deut. xviii. 15. Lips 1675 reuig. ib. 1736.
20. Theod. Darsonius de suspensio hominis lapidibus obruti ad Deut. 21. 22. et Gal. iii. 10. Witob 1694. reuig. ib. 1736.
21. Just. Christo. Schomerus de arcanis Iehouae ad Deut. 29. 1. Lips 1690.
22. Jo. Barlschius de sepulchro Moysi ad Deut. xxxiv. 6. Lips 1703.
23. Jo. Georgii Abichtius Commentarius in Iosue. Lips 1712.
24. Jo. Georgius Abichtius de statione solis ad Jos. x. 12. 10. 14. Lips 1713.
25. 26. Jo. Georgius Abichtius de libro reati ad Jos. x. 13. et 2. Sam. 10. Lips 1714.
27. Franc. Mr. Waltherus de iis qui per regentes suos conuocantur et lamo scribae intelliguntur. Lips 1714. ad Iud. vi. 10.
28. Jo. Friedr. Maierus de vulpeculis Simpsonis ad Iud. xv. 4. Witob 1694.
29. Seb. Schmidius de fasciculo vinearum ad 1 Sam. xxvi. 29. Argent 1662 reuig. 1731.
30. Jo. Christo. Ortlobius de Baudia delictis coram Achis ad 1 Sam. 21. vii. - xvi. Lips 1706.

- 31. Jo. Andr. Schmiedius de regina austri ad 1 Reg. X. 1 Reg. Gen. 406.
- 32. Laur. Müllerus de origine regni Damasceni tempore Israeli.
Larum ad 1 Reg. XI. 23. 24. 25. Lips. 1714.
- 33. Franc. Mr. Wackerus de pœna flagellorum et scorpionum ad
1 Reg. XII. 14. Aintel. 1731.
- 34. Car. Friedr. Cerardus de hominibus a bestiis eantibus ad
1 Reg. XVII. 6. Lips. 1703.
- 35. Henr. Gottlieb Reimius de numero annorum regiminis Je.
hofakapathi ad 1 Reg. XXII. 42. 2 Chron. XXV. 31. 2 Reg. III. 1.
et VIII. 16. Jen. 1740.
- 36. Henr. Gottlieb Reimius de harmonia intera forami, Achap.
et forami ad 1 Reg. XXII. 51. 2 Reg. VIII. 24. 2 Chron. XXI. Jen. 1713.
- 37. Jo. Andr. Schmiedius de Cefaco ad Musies forami propheta.
ad 2 Reg. III. v. 15. Helust. 1715.
- 38. Jo. Ernes. Müllerus de Yay terra Jobi Lips. 1678.
- 39. Jo. Georg Abichus de Gele Jobi ad Job. XIX. 25. 26. 27. Lips.
1708.
- 40. Jo. Henr. Michaelis de sensu verborum Job. XVIII. 25. ad fin. Hal.
1715.
- 41. Gerh. Henr. Meinkanus de osulo manus ori dato ad Job. XXXI.
27. Lips. 1711.
- 42. Jo. Trifschmuthus de Eli, Eli Lama Sabachthani ad Ps. XXII. Jen. 1678.
- 43. Christo Sondagius de Tridologia Catholica ad Ps. XXXIII.
6. Act. 1660. reus. ibid. 1706.
- 44. Gottlob Adolphus de Chalmis filiorum Korah. Lips. 1706.
- 45. Jo. Engelh. Steaberus de pœna originis ad Ps. LII.
17. Aintel. 1731.

10. Nanz
d. Nun
27-29.
Eut. XVIII.
Abrih ad
1706.
Deut. XXXI.
XXXI.
Lips. 1712.
2. 10. 14. Lips.
1708.
12. Laut.
vocantes cas.
1711.
14. Witel.
160.
29. Argent.
Achis Lips.

46. Zach. Grapus de decoribus sanctitatis et oris aurorae et rore
juventutis Mesfiae ad 1^o c. 9. Hoff. 1708.
47. Jo. Kristi Burgmannus de aurora in lege, testimoniisque confirmata
Cap. VIII. v. 20 Hoff. 1795.
48. J. Georgius Abichtus de orculo Jesaiaens Cap. I. c. 1. coll. Math. II,
15 Lips. 1708.
49. Joan. de gaudio gentium aduentu christi multiplicato. ad Jes. IX,
3. Lips. 1700.
50. Henr. Jac. van Bachuisen de vexillo Mesfiae erecto inter gentes.
ad Jes. XI. 10. Lem. 1717.
51. Jo. Schmidius de epulo solenni in monte Zion ad Jes. XXV,
6. Lips. 1719.
52. Christi. Benjamin Otto de sepulchro christi cum dante ad Jes. III,
9. Lips. 1700.
53. Jo. Andr. Danzius de Nuptiis resurrectionis humanae. ad
Jes. LIII. 10. 1 Pet. I. 10. 19. Jen. 1700.
54. Josias Nervius Critius de jeremia inter prophetas majores
primo Lips. 1704.
55. Friedr. Schuechius de novo foedere. ad Jerem. XXXI. 31-34 Lips. 1719.
56. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo non creato sed
creatore Jesu Christo ad Dan. X. 13. 21. XII. 1. Jud. 9. Apocalyp. XII. 7,
1 Thess. IV. 16 coll. Zach. Cap. III. v. 2. Hal. 1792
57. Ernest. Friedr. Neubauerus de Michaelis Archangelo vindicato. Hal. 1792
58. Geor. Friedr. Schroerer de principe Bazarum Gabrieli resistente.
ad Dan. X. 13. Witel. 1729.
59. Jo. Schmidius de lapide septem oculorum pro expiendis peccatis
ad Zach. VIII. 9 Lips. 1716.
60. Jo. Andr. Schmidius novum oraculum Isaiarum Cap. I. c. 11. 1721.
bis Helms. 1721.

44
s)

40.

DISPUTATIO,
ORACULUM JESAIANUM
CAP. IX, 1.

^A
MATTHÆO CAP. IV, 15.

EX CODICE HEBRÆO SENSU LITERALI
ALLEGATUM
SUB PRÆSIDIO

JO. GEORGII ABICHT,
S. L. PROF. PUBL. ORD.


^A
RESPONDENTE
JOHANNE GODOFREDO HEERBECK,
MARTISB.

IN AUDITORIO PAULINO
ANNO M DCC VIII. DIE XXVII. MART.
PROPONITUR.

LIPSIÆ,
Biteris IMMANUELIS TITIL.

See in case

REVERENDISSIMO ATQVE
ILLUSTRI
MUNDO DOMINO
DN. OTTONI CAROLO
de THUMMEL,
DYNASTÆ NEUSCHERBIZI,
REVERENDISSIMI CAPITULI MAR-
TISBURGENSIS PRÆPOSITO
EMINENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPI
ET EPISCOPATUS ADMINISTRATORI
A CONSILIIIS,
SACRI CONSISTORII DIRECTORI GRAVISSIMO,
MECENATI SUO
SUBMISSO ANIMI CULTU ÆTERNUM
DEVENERANDO
HAS ACADEMIÆ PRIMITIAS
SACRAS ESSE CUPIT
JO. GODOFREDUS HEERBECK.



שירתי

S. I.



U T eò felicius B. L. de Oraculo Jesaiano iudicium ferre possis, liceat præter textum Hebræum quasdam versiones præmittere.

כי לא מועד ה' אשר מצדק לה פער הראשון
הקל ארצה זבולון וארצה נפתלי ותחתרון הכבוד
ירך הים עבר תחתון גליל הגוים :

Hæc adjungamus versionem Græcam LXX senum.

Καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ἄν ἕως
καμῶ τῷτο πρῶτον πῆς ταχύ ποίει χώρα Σαββα-
λων, ἡ γῆ Νεφθαλειμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν ᾠθα-
λιαν, καὶ πέραν ἔ Ιορδάνε, Γαλιλαῖα τῶν ἐθνῶν.

Hoc est: Et non deficiet, qui in angustiis est ad tempus.
Hoc primum bibe, velociter fac, regio Zabulon, terra Naphtalim,
Et reliqui, qui juxta mare Et trans Jordanem Galilea gentium.

Verſio Vulgata.

Et non poterit avolare de angustia sua. Primo tempore
alleviata est terra Zabulon, Et terra Naphtali: Et novissimo
aggravata est via maris trans Jordanem Galilæa gentium.

Verſio Ariæ Montani.

Quia non obtenebratus, ei, qui coarctatus in ea, secundum
tempus primum alleviavit terram Zabulon, Et terram Naphtali-

li, & postremum aggravari fecit viam maris trans Jarden, Gbelil gentium.

Junii & Tremellii versio.

Nam non obscurabitur, quæ affecta fuerit angustia; Sicut tempus hoc prius levius affectit in terra Zebulonis & terra Naphtali, & posterius illud affectit gravius: Via maris, secundum Jardenem, Galilæa populosa.

B. Lutherus transtulit.

Denn es wird wohl eine andere Mühe seyn / die ihnen Angst thut / denn zur vorigen Zeit war / da es leicht zugienß im Lande Sebulon und im Lande Naphtali / und hernach schwerer ward am Wege des Meeres / disseit des Jordans / in der Heyden Galilæa.

Sebastiani Schmidii versio,

Non enim (erit quid) obscuratum ei, cui angustatum fuit juxta tempus prius: sed alleviabit in terra Sebulonis, & in terra Naphtali: at posteriorem aggravabit versus mare (terra) trans Jordanem, Galilæa gentium.

Adjiciamus nostram versionem.

Non obtenebratus erit (imposterum) qui jam coarctatus est ad illas (tenebras); Tempore primo vilipendit (DEUS) terram Sebulonis & terram Naphtali, posteriori vero tempore glorificabit (illam): incolas nempe ad viam maris (Genezareth) cis Jordanem, Galilæa gentium.

§. II.

Ut sensus hujus oraculi evidentior fiat, necesse est, ut verba Prophetæ nostri antecedentia adspiciamus. Præceperat DEUS cap. VIII. v. 16. Prophetæ, ut colligeret testimonium vaticiniorum suorum & obsignaret legem in fidelibus suis discipulis. Cum enim DEUS videret, quod paucissimi Judæorum vaticiniis Jesaiaæ fidem adhiberent, voluit, ut lex & vaticinia in fidelibus suis obsignarentur, qui cum Prophetâ Domini

num

num expectarent, licet facies suas ab Israelitis absconderet; & qui firma fide crederent, quod filii Prophetæ Jesaia divina signa & prodigia fuerint. In versu 19. & sequenti Prophetæ suos fideles docet, quomodo sese erga Israelitas idololatrias gerere debeant. *Si dixerint ad vos, inquit, querite ventriloquos & sciolos pipientes & mussitantes; annon liceat, ut populus demortuos suos judices interroget, mortuos scilicet pro vivis?* Respondete illis, pergit Prophetæ; non ventriloqui deceptores, non demortuorum umbræ, sed Lex & Prophetarum vaticinia interroganda sunt. Prævidet tamen, quod populus hic idololatricus juxta idololatriam suam responsurus sit, cui tamen nihil auroræ aut veritatis inest. In sequenti versu 21. comminatur pœnas, quæ hunc populum consecuturæ sint. *Qui transibit in terra, inquit, dura patietur & famelicus erit & tunc irascetur, & maledicet regi suo & diis suis, respicietque ad Deum, à quo tamen nihil auxilii sperandum est; deinde auxilia in terra quæret, sed nil nisi angustias & tenebras offendet, omnes enim inhabitatores obtenebrati sunt angustias, & propulsi in tenebras.* Quemadmodum vero omnes Prophetæ comminationes suas dulci solatio mitigare solent, sic etiam noster Jesaia minis suis tristibus dulcia solatia immiscet. Inde est, quod versiculo sequenti dicat: *Quamvis terra hæc jam opacissimis tenebris involuta sit, ea tamen imposterum, futuro tempore, nimirum Messia, lætissima luce collustrabitur.* Primo quidem tempore, hoc est, eo tempore, quo Rex Assyriæ incolas illas transportavit, Deus vilipendit illum populum, hostique ejus talia permisit; posteriori vero tempore, h. e. tempore, quo Messias adventurus est, hunc populum Deus glorificabit. *Glorificabit, inquam, incolas ad viam maris Genezareth habitantes, ut & reliquos Jordanem incolentes, nec non gentes istis terminis affines.* Hic enim populus, qui jam tenebras inhabitat, lucem magnam videbit, & qui jam habitant in terrâ opacissimis tenebris circumdatâ, eos lux collustrabit.

S. III.

Quis facile sentiet, omnia hæc Prophetæ verba sensu facili conspirare. Quæstio tantum erit, num hic sensus Prophetæ verbis illatus sit, an vero ex iisdem legitime eductus? Ut itaque hac re certiores fiamus, omnes vaticinii nostri voces percurremus, & quem quævis sensum in textu habeat, scrutabimur. Prima vox *¶* quæ nostrum versum eum antecedenti conjungit, varias quidem significationes, quas *Noldius*

stram vocem exprimunt *αγαθὸν δὲ ἀποκνησόμενος* & non deficiet. Verisimillimum adeoque nobis videtur, quod uterque interpres vocis nostræ sensum ex alia radice deduxerit. Prostat illa, si radicem יעף vel עף evolvamur, quod evidenter cognoscimus ex Es. XL. v. 30. ubi verba Hebræa וַיַּעֲפוּ נְעָרַיִם & lassabantur pueri, Chald. vertit: וַיִּשְׁתַּלְּחוּ & defatigati erunt juvenes. Quoniam itaque vox Hebræa יעפו à rad. יעף h.l. translata est per וַיִּשְׁתַּלְּחוּ colligimus, quod etiam in nostro loco Paraphrastæ eadem radix succurrerit. Nec repugnant præcepta Grammatica. Quemadmodum enim à יָסַר castigavit, derivatur מוֹסֵר castigatio, sic à יעף defatigatus fuit, eodem jure derivatur מוֹעֵף defatigatio. In dubio hoc contextus consulendus est. Occurrit in antecedenti versiculo vox מוֹעֵף quam necessariò ex radice עף derivare debemus, quia nulla occurrit forma, quæ abjectâ primâ Rad. מוֹ Heemanticum cum punctat. Quamvis ergo hanc vocem Chald. vertat שִׁלְּחוּ defatigatio, fides tamen ipsi habenda non est, quia ejus expositio Grammaticæ non est conveniens. Si vero Chald. in hac voce aberravit, in nostra non potuit non errare, quæ majorem veritatis speciem præ se ferre videtur. Si itaque vox מוֹעֵף ex Rad. עף derivanda est, & deinde Propheta de pluribus tenebris in eodem versu agit, maxime probabile est, vocem nostram eandem obscuritatis & tenebrarum significationem habere, quâ Propheta in nostro versu eas tenebras à DEO mitigandas esse prædicit. Accedit quoque, quod versiculo sequenti de iisdem tenebris agere pergat, & nostrum obscurum versum evidentius explicet, dicendo: *populus in tenebris ambulans lucem magnam videbit*, quæ verba optimè cum nostris verbis conveniunt: *Non obtenebratus erit, qui jam ad tenebras coarctatus est.*

S. IV.

Sic vox sequens מוֹצֵק descendit à Rad. צוק adbarere, unde est Hiph. הִצִּיקָהוּ fecit adherere, vel anxii, angustavit, sic הִצִּיקָהוּ anxierat eum, Jud. XIV, 17. hinc מוֹצֵק nostrum מוֹעֵף Participium esse arguit. Ut omne dubium penitus removeatur, adducamus Job. XXXVI, 16. *Etiam removebit te ex ore angustia: latitudo מוֹצֵק non arctata erit tibi pro illa.* LXX senes nisi toti fallimur hanc vocem ex forma Participii transfulerunt, vertendo per ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν, in angustia existens h. e. coarctatus, angustiat. Nec est, quod dicas, alibi

alibi & quidem *Job XXXVII, 10.* eam in nominis formam degenerare; notum enim est ex *B. Glassii Lib. III. Tract. IV. Can. II p. m. 919. seq.* Participia crebro pro nominibus usurpari & eorum significationibus exprimi. Obstare, inquit, literam *ל* cum qua *מצפ* construitur, sed, qui observaverit, Participia in constructione suorum verborum naturam sequi, concedet etiam Participium nostrum ob literam *ל*, cum qua construitur, nominis naturam non induere. Certi ergo sumus, nostrum *מצפ* Participium esse, & requirere ut antecedens *מעפ* eodem modo exponatur. Suppositâ sic vocum formâ, ipsum sensum ut inquiramus, necesse est, qui absque ulla difficultate sequens erit: Nam non obtenebratus erit scilicet futuro tempore, qui coarctatus est hoc tempore ad illas scilicet tenebras. Ne mireris, nos duas voces *למשר* & *לה* conjunxisse, & una voce ad illas vertisse. Notissimus enim Hebraismus est, quando post Relativum *שר*, interposito nomine vel verbo, Relativum affixum sequitur, quæ ambo latino vel germanico ore unico Pronomine exprimuntur, *Conf. Glass. Philol. Lib. III. Tract. II. Can. XXVI. n. 3. p. m. 739.* quod imitantur Græci, Marci VII, 25. *Μυηρ ης εηχε το θυγατρου αυτης* *cujus habebat filia ejus spiritum immundum*, pro *cujus filia habebat spiritum immundum*. Excipies fortasse nostram expositionem tam in Subjecto quam Prædicato diversam temporis determinationem addere. Sed tuum dubium sequentium verborum lectio tollet, si animadverteris eandem determinationem temporis expressè in eodem versu esse positam. De *cujus* Ellipseos natura prolixè egit noster *B. Glassius L. IV. Tract. II. Observ. 12 p. m. 1226.* Nec agrè interpretes laturos esse persuasi sumus, quod Affixum *לה*, non, ut alii, ad terram *Israëlis* vel *Judææ* referamus; eam enim multò commodius ad nomen proximè præcedens *אפלה* referri, nemo erit, qui inficias eat, maxime, quod contextus, uti ex nostra versione patet, hoc evidenter requirat. Accedit, quod vox *ארץ* *terra* in antecedentibus non adfuerit, nisi maxime remotè in principio versiculi, Pronomina autem ad proximè præcedentia nomina reducenda esse, omnes consententur Grammatici.

§. V.

Nunc transeamus ad reliqua nostri oraculi verba, inter quæ occurrunt *כעת הרהשתן* quæ transferenda sunt *primo tempore*. Litera *כ* præfixa quandoque circumstantiam *quando* denotare, parallelismus Scripturæ probat. Hoc sensu occurrit *Gen. XVIII, 10, Certo revertar*
ad

ad te כעת circa tempus hoc vite tua h.e. hoc tempore vite tuæ. Sic quoque Exod. XI, 4. כחצות circa medium noctis ego egrediar super Ægyptum, h.e. media nocte egrediar. Hunc idiotismum Græci quoque in N, T. imitantur & literam כ per ε exprimunt v. g. ε μεσονυχτιον circa mediam noctem h.e. media nocte Abt. XVI, 25. Commodissime itaque nostrum כעת הראשון vertimus circa primū tempus vel primo tempore. Respexisse autem videtur Propheta ad sua presentia & proxime futura tempora. Suo enim tempore, quo hæc vaticinatus est, DEUS terram Zabulon & terram Naphthali vilipendit, uti mox in sequentibus audiemy. Id quod Propheta hoc tempore factū esse asserit, expressit voce רקל, quā nos vilipendit vertimus. Derivatur illa à Radice קרל levis, parvi, nullius ponderis fuit, spretus, contemptus, nullo honore dignus fuit. Inde in Conjugatione Hiphil vilem, spretum, contemptū reddidit. Qui significatus probabatur ex II. Sam. XIX, 44. וקרלני vilipendisti me, & Ezech. XXII, 7. patrem & matrem vilipenderunt in te. Hanc significationem approbat opposita vox כביר glorificabit. Dicit enim Propheta, quod Deus populum hunc primo tempore vilipenderit, deinde addit, quod postero tempore eundem glorificaturus sit, uti ex sequentibus patebit. DEUS hunc populum variis modis vilipendit. partim, quod Tiglath-Pilesero permisit, ut terram Naphthali & Zabulon occuparet plurimosque Israelitas in Assyriam abduceret, uti legimus II. Reg. XV, 29. In diebus Pekachi Regis Israël venit Tiglath-Pileser, Rex Assyria, cepitque Jonem, & Abel-Beth-Maacham, & Jonocham, & Kedescham, & Chaborem, & Gileadem, & Galileam, omnem terram Naphthali, & captivos duxit eos in Assyriam. Adde I. Paralip. V, 26. Quamvis h. l. plures denominentur urbes, quam in nostro adductæ sunt, hoc tamen non obstat, quod ille nostro non sit parallelus: perculiaries enim Propheta habuit rationes, cur Zabulonis & Naphthali &c. mentionem, omissis reliquis, faceret. Cum enim ad complementum hujus vaticinii primario prospiceret, necesse erat, ut illas, quæ in complemento insignes fuere, reliquis antefereat. Fortasse etiam reliquas per Synecdochen partis pro toto subintelligere voluit. Porro Deus hunc populum vilipendit, cum Salmanasser filius Tiglath-Pileseris Samariam expugnaret, ejusque regnum deleteret, Hoseam quoque Israelis Regem rebellem unā cum decem tribubus captivum abduceret, & hunc populum in Assyriam & Mediam dispergeret, II. Reg. XVII, 5. 6. seq. quæ omnia Esaia nostri tempore facta sunt, vid. Matthia Theatr. Hist. Mon. I. Chaldaorum, Monarch. 40. & 41. m. p. 51.

Possumus quoque dicere, quod Deus aliis modis hunc populum vilipenderit, v. g. quod eum nimis à sanctuario removerit, illique privilegia aliis tribubus concessa denegaverit *Job. VII, 52.* ubi legimus, quod nullus Propheta ex Galilæa surrecturus sit, & quod nihil boni ex urbe Nazareth, insigni Galilææ urbe, venire possit, *Job. I, 46. & 47, vid. Mathew Poole Annotations in h. l.* De eodem contemptu nobis etiam agere videntur Talmudici in Megill. fol. 6. col. i. quorum verba latine versa tantum apponemus. *Zebulon murmuravit propter conditionem climatis sui, sicut dicitur Zebulon est populus, qui exprobravit animam suam usque ad mortem Jud V, 18. Quæ ratione? quia Nephthali erat super altitudines campi. Dixit Zebulon coram Deo sancto benedicto, Domine universi, fratribus meis dedisti agros & vineas, mihi vere dedisti montes & colles. Illis dedisti terram, at mihi dedisti maria & fluvios. Respondit ei: hæc omnia conveniunt tibi propter muricem. Quia dicitur, populos in montem vocabunt &c. & obrecta occultorum arena Deut. XXXIII, 19. Tradidit Rabbi Joseph: Obrecta h. e. murex, occultorum, id est, Tarih piscis, arena h. e. vitrum album. Regerit ei, unde hoc mihi innotescit? respondit: ibi sacrificabunt sacrificia justitiæ &c. Terras, quas Deus vilipendisse dicitur, Propheta noster appellat Zabulon & Naphthali. Fuerunt hæc tribus in terra Galilææ, quæ Ifscharem, Zabulonem, Naphtholim & Ascherem, unà cum Danitarum parte comprehendebat, de quibus legi potest fufius Lightfoot *Cent. Geograph. c. 62. p. m. 216.**

§. VI.

Postquam vidimus, quod Deus duas tribus Zabulon & Naphthali variis modis vilipenderit, progrediamur ad reliquos ejusdem hemistichii terminos. Pergit enim Propheta, dicendo: והאחרון הכביר & ultima glorificabit. Vox והאחרון uti opposita est superiori הראשון varios sensus admittit, significat enim ultimum respectu loci, respectu numeri, & respectu temporis. Quis h. l. significatus admittendus sit, correlatum superius, הראשון כעת nos facile docet. Respicitur nimirum h. l. ultimum temporis. Dicimus enim si כעת הראשון significat tempore priori; האחרון posteriori tempore vertendum erit. Hoc sensu voces hæc occurrunt, Hag. II, 9. Major erit gloria templi posterioris quam prioris, Deut. XXIX, 21. ut dicat generatio posterior, filii vestri, qui surgent post vos. Ex quo intelligimus voces ראשון והאחרון longum temporis tractum denotare, & aliquot centum annos inclu-

includere. Respici ad tempora N. T. historia nos docet. Ab illo enim tempore, quod Propheta prius appellat, & quod Jesaia vitam complectitur, nihil læti istis populis contigit, de quo tam vehementer gaudere potuerit, quod tamen Propheta sequenti versu prædicit. Nullum quoque peculiare beneficium à DEO illis terris exhibitum est, de quo possumus dicere, quod Deus הכביר gloriosas reddiderit illas, de quo tamen Propheta noster in hoc versu loquitur. Hoc unicum itaque superest, ut hoc vaticinium impletum esse dicamus, temporibus nostri Salvatoris, quibus, teste *Matthæo cap. IV, 15.* illis lux exorta est, & per quem Deus illas terras gloriosas & beatas reddidit. Hoc comprobatur vox הכביר quæ in Conj. Hiphil *gravem, gloriosum beatum reddidit*, significat. Derivatur à Rad. כביר *gravis, honoratus fuit* inde כביר gloria, magnificentia. Inde in Hiphil significat *glorificavit, honoratum reddidit*. Hoc sensu occurrit in Hiph. *Jerem. XXX, 19.* והכבירם & *numerosos, gloriosos & honoratos reddam eos ut non minores fiant*; quod approbat Kimchi in Lexico suo ad hanc vocem scribens: *רפירש שיהיו להם מון רב וכביר Sensus est, quod multas & magnas divitias habituri sint.* Quod nos de bonis spiritualibus intelligimus. Quod vero huic nostro loco talem sensum appropriamus opposita vox יקל fecit. Hæc duo verba sibi esse opposita, nemo dubitat; quemadmodum autem יקל est vilipendere, contemnere, sic vi oppositorum הכביר erit extollere, honoratum reddere. Si tandem explicatarum vocum sensum contrahamus, prius nostrum hemistichium sequentis tenoris est: *Nam non obtenebratus erit in posterum, qui hoc tempore coarctatus est ad illas tenebras. Primo quidem tempore contempsit Deus terram Zabulon & Naphthali, posteriori vero tempore gloriosam illam reddet.*

§. VII.

In reliquis nostri oraculi verbis tantum Substantiva absque verbo offendimus, quæ interpretibus offensionis lapides fuerunt. Planissime & simplicissime sensum fluere persvasi sumus, si Hebræorum idiotismum observantes, vocem הכביר *glorificavit* ex antecedenti membro repetamus, & nostris reliquis verbis præponamus. Talem idiotismum in Scriptura frequenter obvium esse, loca jam alleganda docebunt. Sic *Prov. X, 23.* *Ut ludus est stolido עשותי facere scelus: Sic (repete עשותי facere) Sapientiam viri intelligentis est.* *Psal. XLV, 4.* *Accingere gladio tuo super femur, o robuste, (accingere) gloria tua & decoro tuo.* *Prov. XXII, 10.* *Cum cessat litigium (cessat) ignominia &c.* Existimamus itaque Substantivis nostris omni verbo carentibus ex antecedenti membro vocem הכביר tri-

buendam esse, quo facto, sensus commodissimus sequetur. Antequam hunc subjiciamus observandum est, voces sequentes omnes per Meton. Subjecti pro Adjuncto esse intelligendas. Est itaque *וַיַּרְדּוּ הַיָּם* *via maris*, populus ad viam maris habitans. Duplex mare terras has alluit, alterum mare Mediterraneum, lacus Genezareth alterum, quale intelligendum sit, disputant interpretes. Sed nulla proluxa disceptatione opus est, Prophetam enim tractum Galilææ ad mare Genezareth describere, ex sequenti *עַבְרַת הַיַּרְדֵּן* trans Jordanem patet. Nec est, ut dicas, lacum hunc non appellari mare; prostant enim tam V. quam N. T. loca, quæ hoc abundè probant. Sic *Deut. XXXIII, 2. 3. Naphthali est satur beneplacito, & plenus benedictione Domini, ים mare & meridiem posside.* Quamvis vox ים in Bibliis nostris translata sit gegen Abend/h. e. versus mare Mediterraneum, hoc sensu gegen Abend und Mittag soll dein Besitz seyn; eam tamen mare Genezareth significare, & situs regionis Naphthali, & loca Scripturæ evincunt. Naphthali enim non ad mare Mediterraneum pertigisse, Geographia S. autores probant. conf. *Lighf. Cent. Geograph. cap LXII. p. m. 216.* Eam vero mare Genezareth comprehendisse, ex Talm. Babylon. Bava Kama aliisque locis idem laudatus autor evicit, conf. *I. c. cap. LXXI. p. m. 222.* Præterea lacus ille expresse in Scriptura S. mare appellatur v. g. *Num. XXXIV, 11. ים כנרת mare Kinnereth.* Sequuntur scriptores N. T. v. g. *Matthæus c. IV, 18. ambulans autem JESUS ὡς ἐν τῇ θαλάσσεια ad mare Galilææ Joh. XXI, 1. Postea patefecit se rursus JESUS Ἰησοῦς τῆς θαλάσσης ad mare Tiberiados.* Sunt itaque incolæ viæ maris, incolæ ad mare Genezareth habitantes, v. g. incolæ Tiberiadis, Capernaumi, Bethsaidæ, Chorazin & plures. Reliqui populi eadem gloria digni habiti descripti sunt vocibus *עַבְרַת הַיַּרְדֵּן* cis vel trans Jordanem. Urgemus autem iterum Metonymiam Subjecti pro Adjuncto, ut populi cis vel trans Jordanem degentes intelligantur. Phrasin hanc alias in Scriptura quandoque cis Jordanem *dissèits des Jordans* quandoque trans Jordanem *jenseit des Jordans* significare, ex locorum inductione evictum est. *Deut. III, 8.* de Mose legimus, quod terram è manu duorum Regum Emoræi, qui *עַבְרַת* Jordanem à fluvio Arnonis usque ad montem Chermonis, eripuerit. Quia vero Moses in eodem Galaitico agro commorabatur, necesse est, ut *עַבְרַת* isto loco per *cis dissèits* interpretemur. Adde *Josue I, 15.* Eandem etiam vocem *trans* significare, ex *Deuter. III, 20. & 25.* apparet. In his enim verbis Moses agit de terra Chanaan, quæ, uti notum, trans Jordanem sita erat. Quem significatum in nostro loco admittamus, ex reliquis

Pro-

Prophetae nostri verbis conijcimus, qui populos tantum cis Jordanem habitantes descripsit. Si qui tamen trans Jordanenses incolas illis addere velint, nos non repugnabimus. Ultima terra vel ultimus populus à Jesaia nostro vocibus גלילי הגוים Galilea gentium appellatur. Descendit hæc vox à Rad. גלל devolvit à summo ad imum, circum duxit. Inde est גלילי circumferentia, limes, terminus. Hæc regio itaque appellationem suam traxit à termino vel limite, quod ibi Chananææ limites fuerint positi. Et cum hos terminos gentes incolerent, appellata est regio illa Galilæa vel terminus gentium. Recte observavit Lightf. hac voce denotari superiorem Galilæam, quam distinctionem ex Josepho desumpsit: Τὰς τε κτὶ τὴν ἀνω Γαλιλαίαν κούνας ἐτείχισα, ὡχύμωσα δὲ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, h. e. civitates superioris Galilææ muris circumdedi, civitatesque & urbes in Galilæa munivi. Inferiorem itaque Galilæam simpliciter appellat, alteram vero superiorem Galilæam nuncupat; quæ cum Galilæa gentium eadem esse nobis videtur. *conf. Harm. Evang. Part. III. p. m. 489.* Si objicias Christum ut plurimum versatum esse circa mare Tiberiadis *Matth. IV, 18.* & Nazarethi, quæ inferior Galilæa *Marc. II, 23.* Respondemus, eum etiam Capernaumi versatum esse, quæ in Zabulonis & Naphthali, utriusque scilicet Galilææ confinio sita erat, *Matth. IV, 13.* eumque totam Galilæam peragrasset *Lc. vers. 23.* His præmissis Hebraica verba latino ore hunc in modum exprimimus: *Non obtenebratus erit (imposterum), qui jam coarctatus est ad illas (tenebras): priori tempore (Deus) vilipendit incolas terræ Sebulonis & terræ Naphthali, posteriori vero tempore glorificabit illos: glorificabit nempe incolas viam maris & Jordanem adhabitantes, ut & superiorem Galilæam à gentibus inhabitatam.* Hunc sensum sequentia Jesaïæ verba apprime approbant, pergit enim Jesaïas אֶהְיֶה populus hic, quem ה Demonstrativo denotavit, ambulans in tenebris vidit ex decreto divino, eventu tamen ad huc expectando lucem magnam; super sedentes in tenebris opacissimis, quas vox צלמורת umbra mortis indicat, lux splenduit &c.

§. VIII.

Operæ pretium esse ducimus, ut inquiremus, num Matthæus hoc sensu nostrum dictum *Cap. IV, 15.* ex Hebræo textu allegaverit; an vero ex LXX senum translatione illud adduxerit? Ut hanc operam ritè peragamus, necesse erit, ut LXX Viralem versionem cum Hebræo textu conferamus, & quousque cum illo consentiat vel dissentiat, dispiciamus. Qui LXX Virorum verba cum illis Jesaïæ componit, cognoscit, quod priora verba כִּי לֹא מוֹתָף LXX. transtulerint καὶ οὐκ ἀπαρηθήσεται & non deficiet,

ficiet, cur hanc vocem ita verterint, non statim apparet. Radix ערף à qua nostrum מרעף descendit, quatuor significationes in Concordantiis Hebraicis sortita est. Prima est *volare*, uti Jesaia VI, 6. ערף וייעף volabat ad me; secunda *duplicare* Zach. V, 1. & ecce liber ערף duplicatus vel volans; tertia *obscurare* Job. X, 22. terra ערף obscuritatis sicut caligo; quarta *fulgere* Job. XXXII, 10. בערפי cum fulgere fecero gladium meum super facies eorum. Num omnes hæ significationes certæ sint, inquirere nostrum non est, nec negamus volandi significatum rectius loco Zach. V. convenire. Hac vice tantum de significatione LXX senum solliciti sumus. Sed ex quatuor illis neutra voci ἀπορηθήσεται, respondet, ex quo colligimus, LXX senes vocem Hebræam ex alia radice deduxisse. Admodum vero probabile est, quod ex voce ערף vel ירעף fessum, lassum esse, vocem מרעף derivaverint, uti supra monuimus. Vox enim ἀπορῶ significat ambigo, hæreo, deficio, ad summam angustiam redigor. Et quod imprimis ultima significatio h. l. attendenda sit, contextus ipse postulat, dicitur enim καὶ ὅτι ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν, & non deficiet vel defatigabitur, qui in angustia est. Antiquos etiam Judæos, regularum Grammaticarum non adeo tenaces nostræ voci talem sensum tribuisse, testatur Rasche Comment. ad h. l., ad verba nostra sequentia adjiciens: כי מלך אשר אשר ניתן לכרצק ולהצר לה לארצכם אינו ערף ואינו ערף מלכא עליון ער שלש פעמים וגו' Nam Rex Assyria, qui datus est in oppressionem & ad affigendum illam sc. terram vestram, non fuit ערף lassus & ignavus; sed tribus vicibus ad illos venit, &c. Nostram sententiam Chaldæus quoque approbat, de quo supra egimus. Sic nec obscurum esse potest, quam formam LXX Viri vocibus מרעף & מרעף tribuerint. Verba enim ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν indicant, quod מרעף ipsis forma Participii fuerit, ex quo concludimus, quod pariter מרעף pro Participio agnoverint. Voces לראשר לרה à LXX Viris in Nominativo expressa videntur. Fortasse loco לרה legerunt לרה ut sensus sit: cui angustia est. Quæ phrasid sensu convenit cum illa Græca, qui in angustia est. LXX enim senes ob defectum codicis punctati facile pro לרה legere potuerunt לרה quæ lectio alibi in Scriptura observatur. Ob eundem punctorum & Accentuum defectum nostri Græci vocem כערת ad sequens hemistichium pertinentem, ad prius retulerunt, hoc sensu: καὶ ὅτι ἀπορηθήσεται ὁ ἐν στενοχωρίᾳ ὢν ἕως καιρῶ & non defatigatus erit, qui in angustia est usque ad tempus. Hoc enim nisi admiseris, fateare necesse est, quod vox כערת plane omissa sit.

Reliqua nostræ Græcæ versionis verba sunt sequentia: Τῆτο πρῶτον πῖε, ταχύ ποίε χώρα Σαβουλῶν ἢ γῆ Νεφθαλείμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τῆν ὄρητιαν, καὶ πέραν Ἐ Ιορδάνε Γαλιλαία τῶν ἑθνῶν. h. e. hoc primum bibe, velociter fac, regio Zabulon, terra Naphthali, & reliqui, qui juxta mare & trans Jordanem, Galilea gentium. Hic quaeritur, quomodo τῆτο πρῶτον πῖε cum Hebræo textu יְהַרְהַר conveniat? Conjectura haud inanis est, quam fovet Vir Clarissimus, quod librariorum imperitorū culpa ex πῖε factum sit πῖε, ac deinde aliorum scribarum vitio utraq; vox πῖε & ποίε textui inscripta sit, ut tandem τῆτο πρῶτον πῖε ταχύ ποίε, hoc primum bibe, velociter fac, lectum fuerit. *Lud. Capell. Not. Crit. in Jesai. ad h. l. p. m. 500.* illa πῖε & ταχύ, inquit, sunt superflua, & glossēma, quod ex margine in textum irrepit. Aliquis nempe in margine annotaverat, legendum esse πῖε pro ποίε. Sed eo ipso sibi non constat, quod etiam ταχύ superfluum rejiciat, pagina enim anteced. *adv. 22. cap. VIII.* scripsit, quod à H. Grotio recte observatum sit, vocem Hebraicam הַרְהַר à LXX. redditam esse ταχύ ποίε, unde deinde colligit, ex Præt. Hiph. הַרְהַר mutatis punctis, factum esse הַרְהַר Imperat. ταχύ ποίε fac velociter. Miramur itaque, cur p. sq. mente mutatā ταχύ etiam pro superfluo habuerit. *Flaminius Nobilius* observavit, ad *d. l. p. m. 161.* quod S. Basilius loco ποίε, legerit πῖε bibe, ex quo apparet, quod hic locus in antiquis codicibus perturbatus fuerit. Antiquitus lectum fuisse πῖε, approbat quoque Arabica versio hunc locum vertens: At non obstupescet, quicumque fuerit in calamitate usque ad tempus, quo hoc prius propinem. Voces ταχύ πῖε quod attinet, eas cum הַרְהַר consentire palam est. Quod vero הַרְהַר legerint, cum tamen in nostris codicibus legatur הַרְהַר levis error est ex defectu codicis punctati ortus, quem ubique commissum observare possumus. Multo tamen rectior & contextui convenientior hodierna codicis Hebræi punctatio est, uti ex superioribus elucescit. Non enim Imperativum, sed Præteritum locum invenire, sequens verbum הַכְּבִיר, quod non nisi inepte, per Imperativum legeretur, requirit. Uti vero, positò uno errore, plures semper sequuntur, sic ex malè hac intellecta voce ortum est, ut reliqua nomina propria in Vocativo explicuerint. Hoc observato, patefcet, quod voces χώρα Σαβουλῶν respondeant Hebrais אֶרֶץ זַבּוּלֹן. Eodem modo ἢ γῆ Νεφθαλείμ expriment Hebraeorum אֶרֶץ נַפְתָּלִי וְהַרְהַר וְהַרְהַר & ultimi, reliqui. Vox הַכְּבִיר exercuit interpretes. Primo existimavimus, quod pro ea unius apicis mu-

mu-

mutatione legerint הכביר quæ formæ Masculinæ esset vocis כביר *tractum* significantis, sic verba Hebræa והאחרון הכביר דרך הים convenirent cum Græcis *καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν ὠρελίαν ἔσ' ἑσ' reliqui tractus adjacentis mari incola.* Sed quoniam neque כביר neque כביר *tractum* significat, & vocem כביר LXX fenēs neque *Gen. XXXIV, 16.* neque *XLIX, 7.* neque *2. Reg. V, 19.* per tractum explicant, sed semper vocem *χαβραθὰ* vel *Δεβραθὰ* in ejus locum constituunt, certum est, eos vocem hanc ignorasse. Sic vox כביר nullibi in Scriptura à LXX fenibus *χάρα* est translata, neque à כביר fœmin. כביר derivari potest. Liceat ergo nostram addere conjecturam. Existimamus autem eos loco הכביר legisse הכביר quam vocem LXX *Gen. XIII, 10.* *περὶ χλωρον tractum* translulerunt. Non itaque unam tantum apicem in litera *ך* sed & aliam in litera *כ*, illam in *ך* hanc in *כ* mutando, & literam *י* plane omittendo, neglexerunt. Voces itaque *οἱ τὴν ὠρελίαν qui juxta mare,* referunt hæc Hebraica והאחרון הכביר דרך הים *tractum via maris* h. e. incolæ, qui mare accolunt. Cætera verba absque difficultate fluunt, *καὶ πέραν ἔσ' Ἰορδάνε, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν* עבר הירדן גליל הגויים *trans jordanem Gelil vel terminus gentium.*

§. X.

Qui hæc LXX senum verba cum illis *Matth. IV, 15.* accuratius contulerit, & observaverit, quantum illa ab his differant, difficulter concedet, Matthæum sua verba ex LXX Virali desumpsisse, quamvis alias inficias non eat, N. T. scriptores quædam ex eadem allegasse. Ut verò hoc evidentius pateat, necesse erit, ut tam verba Hebræa, quàm illa LXX Virorum cum Matthæo comparemus, hanc tenentes regulam: Matthæum illum codicem non respexisse, qui verbis & sensu cum suis non convenit. Verba Matthæi sunt *c. IV, 15.* *γῆ Σαβελῶν καὶ γῆ Νεφθαλαίμ, ἐδὲν θαλάσσης, πέραν ἔσ' Ἰορδάνε, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. Ὁ λαὸς ὁ καθημένοισι ἐν σιὼται, εἶδε φῶς μέγα, καὶ ταῖς καθημένοισι ἐν χώρᾳ καὶ σιὰ,* &c. Qui hæc cum illis LXX senum conjungit, dissensum verborum insingnem observabit, partim, quod Matthæus voces in Nominativo proponat, LXX vero eas in Vocativo proferant; partim, quod verba Matthæi *ὁ δὲν θαλάσσης,* LXX fenēs *οἱ τὴν ὠρελίαν* vertant. Deinde reliqua *καὶ οἱ λοιποὶ* pessimè quippe secundum Hebræum codicem expressa, nec suæ intentioni convenientia à Matthæo planè omittuntur. Huc porro accedit, quod particulam, verbis *καὶ πέραν ἔσ' Ἰορδάνε* præpositam, & à LXX viris Hebræo textui additam, à Matthæo pariter omis-

sam

xerat Jefaia, populum, jam multis angustiis involutum & obscuratum, non semper illis tenebris inclusum iri, sed Deum, qui hoc tempore populum Zabulon, Naphthali &c. vilipendit, eosdem aliquando N. T. tempore magna gratiae luce glorificaturum esse. Hac verba legerat Matthaeus & divino Spiritu observaverat, ea jam, itinere Christi ad illos populos instituto, impleta esse. Hinc singulos populos à Jefaia denominatos adducit, usque versiculi sequentis vaticinium, populus ambulans in tenebris magnam lucem conspexit, appropriat. Bene enim cognoverat, quod Deus hunc populum eo ipso glorificare voluerit, quia illos gratiae Evangelicae luce collustrare decreverat. Quoniam itaque versus primus Jefaiae secundum puncta Vocalia & Accentus, quibus hodiernus noster codex Hebraeus instructus est, expositus, accuratè, quoad sensum, cum Matthaei verbis congruit, concludimus, verba Jefaiae tempore Matthaei eundem habuisse sensum, quem nos illi supra Accentuum & Vocalium ope dedimus. Quamvis quis validissimis nos argumentis convincere conetur, Accentuum & Vocalium signa, hodie extantia, Matthaei temporibus codici Hebraeo nondum esse addita, nos tamen non convincet, ut credamus, Matthaeum hunc textum secundum nostra puncta non intellexisse, collationis enim evidentia omnium argumentorum vim infringit.

§. XI.

Posteaquam sensum supra expressum non solum contextu, sed & vorum proprietate, nec non Matthaei commentario confirmatum vidimus, maximam nobis movet admirationem tanta interpretum nubes verba nostra in alium sensum trahentium. Non solum enim Vulgatum, Junium & Tremellium, Ariam Montanum, Lutherum, Sebastianum Schmidium, quorum versiones supra adduximus, sed & Geneveses in versione Gallica, Anglos in versione sua, Diodatum in versione Italica, Cassiodorum de Reyna in versione Hispanica, aliosque forte plures habemus, qui incommoda vocis חככר expositioe sensui lucem obstruunt. Nec feliciores fuerunt interpretes, qui integris Commentariis Jefaiae oraculum illustrare conati sunt. Non adducam Balthasarem Menzerum, qui in Commentario ad Caput ix, versum ultimum eandem vocem per *allevare fecit* explicat. Neque Sebastianum Schmidium, qui *gravem reddidit*, vertit, sed tantum magna illa Angliae lumina *Lightsfootium* & *Hammondum*, qui eadem chorda oberrant, hac vice allegabo. Prior qui-

quidem *Harmon. Evangel. Part. III. Sect. XVIII. p. m. 488.* nec non *Hor. Hebr. in Mattheum c. IV. p. m. 277. seqq.* multo labore Esaiam cum Matthæo conciliare annititur. Posterior *Annot. in Matth. ad. vers. 15.* nostrum דחכביר de graviore calamitate à Salmanassero illata interpretatur. Si omnia perpendimus, quæ autores ad hanc sententiam seduxerunt, nullam tandem aliam invenimus causam, quam Rabbiorum autoritatem, qui omnes, uno ore vocem illam in alium sensum detorserunt. Sed quamvis illis in Hebræi codicis interpretatione lubenter multum tribuamus, observatum tamen à nobis est, quod in locis de Messia agentibus eorum vestigia premere non possumus, quoniam in illis omnem impendunt operam, ut evidentia religionis nostræ testimonia è manibus nostris eripiant. Ne vero tantæ interpretum multitudi- ni sine ratione reniti videamur, quæ nobis in illis displiceant, nunc addamus. Mens Lightfootii eò tendit, ut priora Jesaia verba לא מועף לאשר לא מוצק ליה non defatigatus erit, vel non obscuratus erit, qui jam in angustias est reductus, ad Evangelii contemptores, quorum Jesaia ex mente ejus mentionem facit, referat, eaque ita explicet, ut significant: tenebræ contemptoribus Evangelii indictæ graviore erunt, quam illæ tenebræ, quibus Rex Assyriæ incolas Zabulon & Naphthali לקר levi- ter affecit, & deinde Rex assyriæ regionem ultra Jordanem & Galilæam gentium דחכביר graviter afflixit. Sed, si quis modo Hebræorum verborum sensum recte attendat, facile perspiciet, quod nullum hujus comparationis adsit indicium. Deinde verba illa priora imminutionem calamitatum potius significant, quam eorum amplificationem, particula enim לא non auget, sed imminuit vocis sensum, cui præponitur. Si Lightfootii sensus in illis comprehensus esset, verba ita fluere deberent. גדור יהיה מועף לאשר מוצק ליה מהקר וגר' וגר' ומהכביר וגר' Sed cum hic verborum positus in Jesaia non legatur, non possumus talem admittere sensum. Si Lighthf. vocem דחכביר rectè explicuisset, ad hanc coactam verborum detorsionem non confugisset. Præterea satis mirari non possumus, quod oppositionem evidentem in verbis לקר & דחכביר non observaverit, in eaque sensus lucem quassiverit. Porro nobis non paret, quomodo Vir Clarissimus populum terræ Zabulon & Naphthali &c. opponere potuerit Evangelii contemptoribus, de quibus Jesaia in antecedentibus locutus erat. Illi enim Evangelii contemptores & idololatra, de qui-

bus Jesaias loquitur, inhabitabant tunc temporis terram Zabulon & Naphthali &c. quod versu 14. *Cap. VIII.* probamus, ubi mentio fit duarum domuum Israel. Zabulonem vero & Naphthali &c. ad decem tribus, quæ a domo Judaica desciverant, pertinuisse, omnibus notum est. Si denique Accentuum positum observemus, qui nobis hætenus in difficillimis locis fidelis interpretis fuit, ut eum ideo ægrè dimittamus, ratio nulla patet, cur eum Lighthfootio Accentum, absque mora, quam ubique locorum tenet, transgrediamur, & הכביר agggravavit cum הירך conjugamus, cum planior via, salvò Accentuum ordine, à nobis indicata sit.

S. XII.

Quamvis Hammondum in eadem cum Lighthfootio classe collocaverimus, nihilominus tamen aliqua in parte ab eo dissentit. Agnovit quidem Hammondus, quod verba: *non defatigatus erit, qui in angustiis est*, non pœnæ amplificationem, sed ejusdem imminutionem significant, oppositionem tamen vocum הכביר & הירך non decenter observavit, & quo se verteret, cum nesciret, totum Jesaiæ vaticinium propriè de Hierosolymæ ex manibus Sennacheribi ereptione, impropriè vero & per accommodationem ad sensum sublimiorem de Messia prædicatione interpretatus est. Videatur ipse *Not. ad Matth. IV, 15.* Ut has difficultates evidenter enodemus, necesse est, ut partim de oraculi nostri ab Hammondo explicati sensu, partim de allegationis modo quædam dicamus. Sensum quod attinet, notamus, Hammondum oraculi nostri verba: *Non defatigatus erit, qui in angustiis est*, ad Hierosolymorum obsidionem à Sennacheribo factam applicare, quam ob sequentem Angeli liberationem, minorem calamitatem Prophetam appellasse dicit, quam aliæ duæ fuerunt, quarum prior levior à Tiglath-Phalassar, Rege Assyriæ Zabulon & Naphthali &c. in captivatem abducente, & posterior gravior à Salmanassar, reliquis tribus captivas tenente, illata est. Sed fatemur, nobis non constare, qua ratione Hammondus priora verba, *non obscuratus erit, qui in angustiis est*, de Hierosolymorum incolis tantum interpretari possit, cum Subjectum, *qui in angustiis est*, generale sit, & omnes tam Samariæ quam Judææ incolæ complectatur. Angustias toti populo Israelitico ob idololatriam & à vero DEO defectionem comminatus est Propheta. Idololatriam utriusque populi redarguit v. 19. & 20. & antecedenti versu 17, absconsionem fa-

faciei Domini à domo Jacob, quæ utrumque populum connotat, deplorat. Sic quoque versu 14. fatetur, quod DEUS duabus domibus Israel, Judaicæ & Samariticæ offensionis lapis factus sit. Si ulterius recedas *adv. 12.* Propheta de fœdere Domus Israeliticæ cum Rezin Rege Syriæ conqueritur, Judæosque ab eò ut discedant, & DEum timeant, admonet. Cùm vero hæc omnia de utraque domo intelligenda sint, & imprimis pœna idololatriæ utriusque populi *v. 21. & seq.* descripta sit, & denique versus noster *23. vel Cap. IX, 1.* tam ob verborum convenientiam & mutuam respectum, quam ob rerum connexionem, cum duobus præcedentibus cohæreat, nulla nobis apparet ratio, cur Subjectum, *qui jam in angustiis est*, ad Hierosolymorum incolas tantum restringamus, & reliquum populum Israeliticum, qui iisdem angustiis premebatur, excludamus. Si vero Subjectum generale est, nexu necessario sequitur, ut Prædicatum de utroque populo intelligatur. Explicationem de utroque populo jam datam sequentia Propheta verba luculenter confirmant, quando addit, *& denique Deus glorificabit sc. terram Naphthali, & terram Zabulon, ut & incolas via maris Jordanis & Galilæa.* Unum eundemque sensum enim Propheta duabus propositionibus exposuit; prima est: populus, qui jam in angustiis est, vel brevi in angustiis erit, aliquando non erit obscuratus vel defatigatus. Altera est: primo tempore Deus vilipendit populum Naphthali & Zabulon, sed ultimo tempore eundem glorificabit. Uti itaque in posteriori Subjecto loca dominio Regis Samaritici subjecta expresse nominantur, necesse est, ut illa in prioris propositionis Subjecto etiam subintelligantur. Hoc admisso sensu, elucescit quoque, quantum veritatis expositioni Hammondianæ sequentis versiculi insit. Si enim Deus populum Naphthali & Zabulon &c. qui antea vilis ab eodem fuit habitus, glorificare promisit, nemini obscurum esse potest, quod idem populus Naphthali & Zabulon sit populus in tenebris ambulans, qui lucem magnam conspecturus est. Fallitur ergo Hammondus, qui hujus lucis magnæ visionem ad Hierosolymorum incolas restringit. Alia ratio, quæ sententiam Hammondii destruit, ex Matthæi allegatione petitur. Matthæus *Cap. IV, 15. & 16.* expressis verbis dicit, quod terra Zabulon & Naphthali nec non incola maris Jordanis, & Galilææ sit ille populus, qui magnam lucem visurus sit. Si itaque dixerit Hammondus, per lucis visionem tantum Hierosolymorum liberationem ab Angelo factam intelligi, evidenter Matthæo

contradicit, quam difficultatē sensu suo accommodatio nunquam tolet. Posito, ne utiquam tamen concessio, Matthæum hoc oraculum ad Evangelii prædicationem accommodasse & sublimiorem sensum evoluisse; hoc tantum sequetur, quod Hierosolymorum è manu Sennacheribi liberatio typus liberationis spiritualis à Christo effectæ fuerit: & quod hoc modo Matthæus sensu accommodatio sensu sublimiorem enodare, & ad Hierosolymorum incolas spirituales applicare potuerit. Sed tunc à Matthæo hoc sensu scribendum fuisset: Cum Christus prædicare inciperet, impletum est, quod dixit Propheta; Hierosolyma in tenebris ambulans lucem magnam adspexit. Quoniam vero talia Jesaias non cogitavit nec scripsit, illi nec talem sensum accommodatio affingere licebit. Hanc quidem difficultatem oculatissimus Hammondus prævidit, eamque distinctione inter sensum Grammaticum & sublimiorem accommodatum in sequentibus annotationum suarum verbis tollere laboravit, sed conatu irrito. Optimo enim jure ipsi possumus regere, quod in sensu accommodatio Subjectum typus semper maneat, qui sensu suo mystico quamvis obscure, verè tamen ad antitypum respexit. Talem allegationem habemus *Job. XIX, 36. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur, os non comminuetis ei*, quæ verba in sensu literali *Exod. XII, 46. & Num. IX, 12.* de agno Paschali intelliguntur, & h. l. ob mutuam typi & antitypi respectum ad Christum applicantur, conf. *Job. I. v. 29. 1. Cor. V, 7.* Deinde quid opus est, ad sensus sublimioris accommodationem confugere, si sensus literalis adest, hunc vero in nostro oraculo adesse, ex supra dictis abunde constat. Quod tandem Hammondus addat, terram Naphthali & Zabulon N. T. tempore non fuisse inhabitatam ab Israelitis, quippe qui nunquam ex captivitate redierunt *II. Reg. VII, 20. 23.* adeoque lucem hanc Grammatico sensu ad illos populos non pertinere, nos non tangit; respondemus enim ipsi, quod neque ille Judaicus populus, qui in captivitatem abductus & tandem redactus est, lucem hanc magnam conspexerit, cum omnes tanto temporis intervallo mortui sint. Nilhil enim refert, sive ille populus Naphthali & Zabulon &c. Samaritanorum posteri, sive locorum denominatorum tantum successores fuerint. Jesaias enim tantum loquitur de incolis locorum denominatorum, nec ullo indicio significavit, quod ille populus Israëlitarum progenies esse debeat. Præterea notum est, quod Deus lucem suam gratiæ contemptoribus auferat, & ad alios populos transferat.

§. XIII.
 Quoniam Clarissimus Clericus in Annot. Hammondio subjectis hunc allegationis modum in nostro Matthæo approbat, eumque exemplis ex Raschio, Aeliano &c. illustrat, ipsi quoque ut paucis respondeamus, necesse est. Verba ejus, quæ ad vocem Matthæi ἐπιληρώθη adjecit, sunt sequentia: Observavit Hug. Grot. ad Jac. Cap. II, 23. apud Hebræos frequens esse, ut dicant נתקיים i. e. ἐπιληρώθη seu comprobatus, est hic vel ille Scripturæ locus, quoties rei eò loco commemoratæ simile quid accidit. At nullum exemplum profert, verum nos addemus ex R. Salomone ad Gen. XI, 8. Ubi ad verba *dispulit eos Jehova* ita habet: בעולם הזה מר שאמר פן נפוצ נתקיים עליהם; הויה שומר שלמה מנורת רשע הוא תבאנו: mundo, pro ut dixerunt, ne spargamur. Impletum est super iis illud, quod dixit Salomo, metus rei evenit ei, &c. Sed quamvis ipsi talem allegandi modum libenter concedamus, multa que plura loca nobis ad manus sint, imprimis ex Rabboth collecta, quæ probant, Judæis locorum accommodationem admodum familiarem fuisse; negamus tamen, quod ille nostro Matthæi loco applicandus sit, ob rationem Hammondio oppositam. Ubi enim sensus literalis evidens testimonium suggerit, necesse esse non existimamus, ut ad alius sensus accommodationem statim procurramus. Speramus quoque Clarissimum Clericum mentem mutaturum esse, si Jesaia oraculum penitius inspexerit, & cum Matthæo contulerit.

§. XIV.


Tandem coronidis loco corollarium ex explicatione Oraculi Jesaiani & ejusdem allegatione Matthæi sponte fluens adjicimus. Non solum ex hoc loco, sed & ex aliis, quos hactenus in lectionibus nostris interpretati sumus, abunde cognovimus, codicem Hebræum punctis & Accentibus instructum talem sensum nobis suggessisse, qui allegationibus N. T. optime congruit. Hæc observatio sufficiens testimonium esse potest, codicem Hebræum Evangelistis & Apostolis eodem sensu esse lectum atque intellectum, quem nostris temporibus Accentuum & Vocalium puncta postulant. Noster locus Jesaianus à nobis supra Vocalium & Accentuum ope expositus est: Non secuti sumus LXX senes, qui vocem כעת à voce הרהשון divellunt, & antecedenti membro annectunt, eoque sensum pervertunt. Neque eosdem attendimus, quando vocem הכבוד vel plane omittunt, vel cum voce הככר confundunt, tot usque oraculi sensum alias evidentissimum diruunt. Puncta quoque Vocalia quo-


quorum defectu LXX senes pro הקל legerunt, nostri fuerint comites, qui nos ad genuinum sensum à Matthæo intentum duxerunt. Pari modo vox הככיר, prout Vocalibus instructa est, à nobis legitur, eoque ipso sensus Matthæi allegatus evolvitur. Observavimus denique literarum apices, prout in nostro codice punctato hodiè exprimuntur. Nostrum enim הככיר textui multo convenientius legi, quàm altera הככר quivis textum accuratè perlegens concedet. Alia prostant loca N. T. quæ non ex LXX corrupta, sed ipso codice Hebræo allegantur. Sic *Joh. XIX, 37.* Evangelista Christum gladio transfigendum esse testans provocat ad *Zach. XII, 10.* ὁψονται εἰς ἐξέκλειψάν, *videbunt, in quem transfixerunt.* Hæc verba à LXX virali versione toto cælo differre, inspectio probat; hæc enim legit καὶ ἰδοῦντες ἐξέκλειψάν με ἀντὶ ὧν κατώρυξαντό, *Et adspicient in me pro eo, quod insultaverunt.* Cum tamen hodie in nostris codicibus legamus והכירו אלי את אשר רקרו וֹ *adspicient ad me, quem transfixerunt.* Ratio, quæ LXX viros ad hunc alienum sensum induxit, in promptu est. Maxime enim probabile videtur, quod confusis apicibus literarum ר & ק loco רקרו legerint רקרו *saltaverunt*, non sine totius textus & sensus corruptione. Ejusdem denique Hebræi codicis lectio non solum loco citato, sed & Apoc. I, 7. ubi Johannes eundem textum Hebræum sequitur, comprobatur. Meritò itaque & Vossium & Capellum relinquimus, qui textum Hebræum ex LXX virali corrigere & emendare ausi sunt. Numen benignissimum excitet plures Hebræarum literarum cultores & fautores, qui codicem Hebræum incorruptum adstruant, ejusque vaticinia N. T. tempore impleta eruant, & ob oculos ponant.


COROLLARIA


1. Keri & Kethibb sunt lectiones variantes occasione duorum magna auctoritatis codicum orta.
2. Masora parva post Sec. XII. a quodam aucta est. Hinc II. Reg. V, 20. in eodem Rasche allegatur.
3. LXX voces hebræas dividendo & alias literas addendo hebræum textum quandoque corruperunt. Sic Jos. IX, 11. pro, רֶזִין Rezin, legerunt רֶזִין, ἔρηβον, mons Sion.
4. LXX viralis beneficio in lectione dubiâ vera quandoque restituitur. Sic Jos. XV. v. 47. pro והים הזבור mutato ב in ר legendum est והים הזבור mare magnum, LXX. καὶ ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη.













Abramo ap-
tratis volun-
alias orato-
cum Ioh. V.
coll. v. 13.
gumentum
τόν Θεόν τῆς
aticum, su-
ellat Moses
o Christum
huc affer-
endum no-
Pauli verbis
cognosci-
Matth. IV.
esse. Nam
sibi con-
distinctio-
exisse. Et
XXIV. 9.
a seu glorio-
tituto eius,
ntu forte
OTIVS su-
tam plane
ntu huius
bed-Edo-
nus igitur
m arrisisse
rum para-
cit. mo-
rca illam
enasci

enasci possent lectori ex
Videlicet (α) quando Mo
sicut dixerat ei Iehoua perrex
annorum, cum egrederetur de
nomine, quod neutiqua
prolata intelligi queant d
cum quod ibi adhuc de
egredi, quippe in quo ne
75. annos habebat, quos
buisse, cum hæc c. XII.
Per nos enim anno 701
hæc difficultas quosdam
tes dirimendum, & pri
parenthesi quasi inclusum
pertrahendum esse; pos
riori segregatum ad post
esse, a qua sententia alie
ad Act. VII. 3. f. 854. b. fi
ne insuper, quod Haran
rami appellari non potu
ret a cognatione sua, v
non habuerit. Quamqu
omnia, non tamen sat
Quod enim ad proxim
confirmare volunt supra
mus ab eadem, quia ex
nomine quoque Haran
initia v. c. de prima Ab
obstat, quod nulla in i
quem tamen primam p
mul fuisse, totidem verb
igitur iam, commemor
surus non fuisset. Qua
obtigerit diuina reuelati

quæ tractauimus verbis.
XII. addit: abiit (Abram)
Loth, eratque Abramus 75.
quere hoc videtur duplici
Mosis in v. 1. 2. 3. c. XII.
e in Vr quondam facta,
potuerit iuberi ex Haran
t, tum quoque quod non
erte ait Moses ipsum ha
uocatio ipsi contingeret.
exire iussus est. Adegit
uerent, v. 4. in duas par
thium vna cum v. 1. 2. 3.
em ex Vra profectionem
m v. 4. incisum ab ante
Harar vnice referendum
B. CALOVIUS *Bibl. Illustr.*
rgent alii pro hac opinio-
ctum Tharam, terra Ab-
ræcipi eidem, vt discede-
o in Haran reliquam sibi
rudite excogitata sint hæc
igorosius ea examinanti.
rationem, qua amplius
lata, nos merito abstinui-
V. 4. 7. & 38. constat, eo
posse. Quo minus vero
ctione ex Vr accipiamus,
ichio fit Tharæ mentio,
m vrsisse, & ingressum si-
Moses Gen. XI. 31. illum
Abramo & Lotho, omif-
non Tharæ, sed Abramo
imum tamen ea, Abramo
inter-

